

nterque in 8. Complures aliae tanti operis editiones habentur tum seorsim , tum insigibus iis in collectaneis , quorum titulus est : *Degli Autori del ben parlare per secolari e religiosi , opere diverse , &c. In Venetia , nella Salicata , M. D. XXXXIII. in 4. quae debemus Subastano , quo voluit nomine delitescere Josephus Aromatarius . Exstant ejus operis Parte I. Tomo II. num. 2. Sed omnium praestantissima ea est editio , quam nuperrime Neapolitanis ex praelis accepimus ita inscriptam : Le Prose , &c. In questa nuova edizione unite insieme con le Giunte di Lodovico Castelvetro , non solo quelle , che prima vedevansi stampate separatamente , ma ancora alcune altre , che conservavansi manoscritte nella libreria del Sereniss. Duca di Modona. In Napoli , per Bernardo-Michele Raillard.e Felice Moſca , M. DCC. XIII. in 4. Prosarunt veluti epitomen emisit Marcus Antonius Flaminius , inscriptam : Le Prose di Monsignore Bembo ridotte a Metodo , da M. M. Antonio Flaminio. In Napoli , appresso Giuseppe Cacchi , & compagni , M. D. LXVIII. in 12.*

12. *Le Rime*. Quae facta est Italorum Bembi carminum , Venetiis , apud Jo. Antonium & fratres Sabios , M. D. XXX. in 4. prima editio est . Sequitur altera item Venetiis , apud Gualterium Scottum , M. D. XXXXIII. in 8. Sed longe elegantior , auctior , & emendatior est tercia Romana editio , per Valerium & Aloysium fratres Doricos , M. D. XXXVIII. in 4. curante Carolo Gualterio , quam praeit *Hannibal Cari ad Farnesum Cardinalem nuncupatoria epistola laudatissima*. His Venetae editiones non paucae succedunt , apud Scottum , M. D. LII. in 8. apud Cominum a Trino , M. D. LIII. in 8. & apud Jolitum , M. D. XXXVIII. M. D. LVII. & M. D. LVIII. in 12. Porro Jolitus , exscripta a se ait *Bembi carmina ex eo exemplari , quod a Petro Gradonico acceperat , ab ipso auctore castigatum , multisque auctum , quem primum a se in apertum proferebantur*. Seorsim autem ab aliis non semel prodierunt , ac praeferunt Venetiis , per Jordanum Zilettum , M. D. LXII. in 8. eae quae inscribuntur : *Stanze di M. Pietro Bembo* . Offendit etiam libellum ex quattuor dumtaxat pagellis , inscriptum : *La dolcezza d' amore di M. Pietro Bembo , con altre Stanze dalla Sig. Virginia Salvi Sanese sopra il sonetto Pace non trovo , &c. In Ferrara , appresso Valente Panizza Mantoano , M. D. LXII. in 8. Verum ii versus aut Bembi non sunt , aut Bembo exciderunt valde adolescentulo*. Bembi quoque carmina liber ille habet , cuius epigrapha est : *Rime di tre illustri Poeti , cioè del Bembo , del Casal e di Gio. Guidiccioni , aggiunsevi in fine quelle di Buonaccorso di Montemagno. In Venetia , per Francesco Portonari , M. D. LXII. in 12. Juvat has alias editiones referre : Le Rime di M. Pietro Bembo , rivedute da M. Francesco Sansovino , e di annotationi illustrate . In Venetia , M. D. LXI. in 12. Item rivedute da M. Tomaso Porcacchi con l' aggiunta di una tavola di tutte le desinenze sotto le lettere vocali . In Venetia , presso il Giolito , M. D. LXX. in 12. Item rivedute e purgatae da Gio. Battista Basile , con le Observationi , variazioni di testi e tavola di tutte le desinenze . In Napoli , per Costantino Vitale , M. D. XVIII. in 8. Plurima ex Bembi carminibus etrufis existant in iis voluminibus , in quae congesta sunt scripta Italorum poetarum selectiora . Joannes-Marius Crescen- benus , libro a se iterum edito cum eo titulo : *Istoria della volgar poesia* , pagg. 333. 334. 335. refert non paucos doctos viros , qui Bembi carmina suis curis illustrarunt , quarum etiam non paucae nondum lucem publicam aspexere . Iis auctoriis adjiciendus est *Benedictus Varchius* : hic epistola ea qua *Laelio Taurelo* nuncupat orationem a se habitam in Bembi funere , innuit a se expositas tres illas odas italicas ; quas idem Bembus uno veluti partu enixus est . Varchio autem *Hugolinus Martellus* ; a quo refert doctissimus Abbas *Salvinus Salvinius* pag. 31. *Fastrorum Consularium Academiae Florentinae* nuper editorum , expositum esse Bembi carmen (vulgo Sonetto) cuius ille est primus versus :*

Verdeggia all' Apennin la fronte , e' l' petto .

Et Bembus ipse id innuit epistola ea quae XIII. est Volum. III. lib. XI. per quam ornatissimis verbis eidem Hugolino gratias agit .

13. *Della Historia Vinitiana volgarmente scritta libri XII. In Vinegia , appresso Gualtero Scotto , M. D. LII. in 4. Item In Venetia , per Giordano Ziletti , e compagni , M. D. LXX. in 4. Posteriori huic editioni *Alemanus Finus , Cremensis , notabilium rerum indicem apposuit* ; tum Venetorum omnium Principum , Patriarcharum , & Cardinalium , usque ad Aloysium Mocenicum Duxem . Utrique editioni praeit Bembi vita , auctore anonymo .*

14. *Delle Lettere Volume I. In Roma , per Valerio Dorico & Luigi fratelli , nel mese di settembre , M. D. XXXVIII. in 4. ad instanza di Carlo Gualteruzzi . Minime praeterunda est editoris ad Guidum-Ascanium Cardinalem Sfortiam nuncupatoria epistola , quae etiam editionum posteriorum plerisque praemittitur .*

15. *Delle Lettere a Sommi Pontifici , a Cardinali , & ad altre persone ecclesiastiche scritte I. Volume , libri XII. Complebitur antedictas epistolae , sed cum additamento .*

16. *Delle Lettere a suoi congiunti & amici , & ad altri Gentili buomini Venitiani scritte , II. Volume , libri XII. Gualterianis editionibus apponitur Antonii Manutii nuncupatoria ad Hieronymum Quirinum Ismerii filium , epistola .*

17. *Delle Lettere a Principi , Signori & suoi famigliari amici scritte , III. Vol. libri XI. Hoc volumen Scottus dicat Julio Cardinali Roberto , Perusiae Legato .*